

Nova litteraria

Autor(en): **[s.n.]**

Objektyp: **BookReview**

Zeitschrift: **Museum Helveticum ad juvandas literas in publicos usus apertum**

Band (Jahr): - **(1750)**

Heft 20

PDF erstellt am: **05.07.2024**

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Inhalten der Zeitschriften. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern.

Die auf der Plattform e-periodica veröffentlichten Dokumente stehen für nicht-kommerzielle Zwecke in Lehre und Forschung sowie für die private Nutzung frei zur Verfügung. Einzelne Dateien oder Ausdrucke aus diesem Angebot können zusammen mit diesen Nutzungsbedingungen und den korrekten Herkunftsbezeichnungen weitergegeben werden.

Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Die systematische Speicherung von Teilen des elektronischen Angebots auf anderen Servern bedarf ebenfalls des schriftlichen Einverständnisses der Rechteinhaber.

Haftungsausschluss

Alle Angaben erfolgen ohne Gewähr für Vollständigkeit oder Richtigkeit. Es wird keine Haftung übernommen für Schäden durch die Verwendung von Informationen aus diesem Online-Angebot oder durch das Fehlen von Informationen. Dies gilt auch für Inhalte Dritter, die über dieses Angebot zugänglich sind.

NOVA LITTERARIA.

TURICUM. Litteris Heideggerianis exscriptum est luculentum Carminis epici Specimen, quo fecundi non minus atque facundi ingenii Auctor post latibula abditus publicum judicium experiri voluisse videri possit: Titulus ita habet: *Die Synflut. Ein Gedicht. Erster und zweyter Gesang. Zurich. 1751.* Forma quam vocant quarta grandiore; characteribus latinis, qui Gothicis illis pinguioribus, barbaris Seculis utrique Sermoni & Romano & Teutonico communibus, longe sunt ob simplicem venustatem præferendi. Quis autem Titulum hujus Carminis legens non statim in animum inducat suum, Poëtam anonymum, quisquis fuerit, ejusdem fere argumenti retractatione, eam laudem æmulari, quam nobilissimi BODMERI Musa Noachum novi orbis restauratorem canens ab omnibus qui nasum habent atque intelligunt, quid solidum crepet & pictæ tectoria linguæ, meruit atque jure quodam suo prælibavit? Præfiscine autem dixerim, me illi opinioni nonnihil favere, quæ ipsum Clariss. Bodmerum in suspicionem vocat, quasi æmulo destitutus ipse secum hoc gloriæ certamen suscepit.

2. Prodiit ex eadem officina plurimum Reverendi Viri J. FRID. STAPFERI, Verbi divini apud Diesbacenses Ministri Operis desideratissimi, quo Religionis Doctrinam ita perspicue ac luculenter explicat, ut nihil fere inexplicatum relinquat, Tomus VIII. sub hac inscriptione: *Joh. Fried. Stappers / Predigers des göttl. Worts, Grundle*

Grundlegung zur wahren Religion. Achter Theil. Zürich. 1751. in 8. pl. 50. Complectitur vero isthoc volumen præcipua quædam Religionis Capita, nim. Cap. XVIII. de Satisfactione Christi. Cap. XIX. de Vocatione. Cap. XX. de Regeneratione. Cap. XXI. de Fide.

3. Das fùrtreffliche Gebät Pauli für die Thessalonicher 2. Thessal. I: 11. 12. vorgestellt und erkläret in einer Abschieds-Rede von der Christlichen Gemeinde zum H. Geist! von Johann Rudolph Kahn / gewesenen Diacon bey dieser Gemeinde und erwehlten Archidiacon bey der Gemeinde zum Grossen-Münster. Geschehen Sonntags den 4. Weinm. 1750. Zürich. in 4. pl. 4.

4. Das Bild Evangelischer Lehrern und begleiteriger Zuhörer, vorgestellt und angepriesen in einer Eintritts-Rede bey der Christlichen Gemeinde zu dem Grossen-Münster über die Worte Esaj. LII: 7. von Johann Rudolph Kahn / Archidiacon und der Stifft. Donnerstags den 22. Weinm. 1750. Zürich. in 4. pl. 4.

5. Eadem nobis officina dedit: Geschichte der Staats-Veränderungen in der Römischen Republik. Aus dem Französischen des Hrn. Abts von Bertot übersezet. Zweyter Theil. Zürich. 1750. in 8.

6. Ex Officina Gessneriana prodierunt sequentes Exercitationes Academicæ: a) Dissertatio Theologica de Christo Jesu, Ἰλαστικῶν, Propitiatorio, in Epist. S. Pauli ad Rom. Cap. III. v. 25. quam Præsidi Viro Clariss. JO. JAC. LAVATEKO, S. Theol. Prof. pro consequendo Examine Theologico

gico defendebant II. Candidati. Tiguri. 1750.
 in 4. Summa Capita hujus Disertationis hujus-
 modi sunt. §. 1. Argumentum harum Thesium.
 §. 2. Christus Jesus ἱλασῆριον in Sanguine suo.
 §. 3. Adjectivum neutrum ἱλασῆριον positum pro
 Θυσία ἱλασῆριω, *Hostia piaculari*. §. 4. Sacrificio-
 rum origo & prima institutio. §. 5. Fines eorun-
 dem. §. 6. Christus Jesus Θυσία ἱλασῆριος, *Sacri-
 ficium propitiatorium*. §. 7. Inde probata Satisfactio
 Jesu pro nobis. §. 8. Vox ἱλασῆριον usurpata de
 Operculo Arcæ Fœderis. §. 9. Christus Jesus ἱλα-
 σῆριον respondens Propitiatorio veteri, Arcæ Fœ-
 deris operculo. §. 10. Alia comparatio inter Pro-
 pitiatium & inter Jesum Christum. §. 11. Sen-
 tentia Socinianorum de illis locis S. Scripturæ, in
 quibus Christus Propitiatio pro peccatis nostris fa-
 ctus esse dicitur. §. 12. Respondetur ad Objecti-
 onem.

7. Meditationis de pia & circumspecta in tra-
 dendis sanctioribus Disciplinis sectanda Simplici-
 tate. Pars III. quam placido Eruditorum examini
 subjicit J. JACOBUS ZIMMERMANNUS, S.
Th. Prof. Reg. Boruff. Soc. Scient. membrum, Respon-
 dente Henrico Schinzio, V. D. M. Assumente Hen-
 rico Cellario, S. M. C. postridie Synodi Autumna-
 lis. Tiguri ex officina Gessneriana. 1750. pl.
 5½. Postquam Cel. Auctor in superiore Disser-
 tatione de Simplicitate Catechetæ in tradendis Re-
 ligionis Christianæ rudimentis consecranda egisset:
 In hac III. Meditatione nunc ad commendandam
 hanc Simplicitem Oratoribus sacris progreditur,
 ac postquam §. III. explicasset in quo Simplicitas
 Orationis sacræ consistat, docet deinde §. IV.
 quæ-

quænam Oratori, Simpliciter illam sectaturus, evitanda sint: Contra §. V. quid ad illam obtinendam requiratur. Deinde §. VI. - VIII. comparisonem instituit inter methodum concionandi Anglicanam & Belgicam, illamque huic multis nominibus præferendam esse censet. Denique §. IX. repræsentat quædam media generalia & specialia, quæ ad obtinendam illam in Orationibus sacris Simpliciter plurimum conferre possunt.

8. Rede eines Predigers wider die so sehr im Schwang gehenden Verleumdungen über Proverb. XVIII: 8. in unseren letzten Zeiten, da die Lieblosigkeit und Ungerechtigkeit überhand genommen, und allerhand Zungen-Sünden ohne Scheu und Scham begangen werden, sehr nöthig und heilsam zu lesen. Zürich. 1750. Bey Heidegger. 8. pl. 4. Memorabile est, quod etiam hic sacer Sermo, qui detestabile calumniandi cacoëthes vivis coloribus depingit, a calumnia non potuit esse tutus: Memorât enim Anonymus Auctor ad verba paginæ 13. Peter redt übel von Hans, Hans* redt übel von Peter, und Michel redt übel von Peter und Hans: in nota subjecta hujusmodi: * Hier hat mich einer angezapft der Hans heißt, und Entschlagniß begehrt; Der Leser merket wohl, daß es ein Stolz mit Unverstand begleitet war. Ich habe mit Wahrheit sagen können, daß im geringsten nicht an ihn gedacht; Es ist mir so eingefallen, wie ichs bey andern Authoren gelesen, Caius redt schimpflich von Bruto, Brutus von Cajo &c. Derwegen mich 8. Tage hernach also erläutere: Ich habe vor 8. Tagen etliche Mahmen angezogen, nicht in dem Verstand, daß præcis alle, die so heißen diesem Laster ergeben seyen: Vielweniger in dem Verstand, daß die anderen, die

nicht so heißen, ausgenommen seyen. Einige sind genennt, viele andere gemeint: Dann so ich aller und jeglicher hätte gedenken wollen, so hätte ich fast alle Weibs- und Manns-Nahmen aus dem Calender ablesen müssen. Da er mich wider angegriffen, hab ich geantwortet: Es seye Gott und ihm bekannt, ob er kein Verläumder sey, oder niemahl verächtlich und Ehr. verlezlich von seinem Nächsten geredt: Wann er getroffen, solle ers zur Besserung annehmen. Ein Glük ist für den Prediger, daß unter denen 100. oder mehr Samsen/ Petern/ Micheln/ die da gewesen, doch nur einer ihn angefallen; sonst hätte er seine liebe Noth gehabt, und wäre wohl untheur gestürmt worden.

9. Die Wege und Werke Gottes in der Seele, oder wie Gott den armen Sünder überzeuge, nengebähre, erlächte, heilige, und endlich herrlich mache. Jezo mit den Vorrechten und Herrlichkeiten der Kindern Gottes: auch denen Namen, welche dem Sohn Gottes in H. Schrift gegeben werden, vermehret. Zürich. In Bürlischer Trukeren. 1750. in 12.

10. Martini Molleris Christenliche Sterb-Kunst. Zürich in Bürlischer Trukeren. 1750. in 8. maj.

11. Vindiciæ Actorum Murensium pro & contra R. D. P. MARQ. HERRGOTT Genealogiæ Diplomaticæ Augustæ Gentis Habsburgicæ auctorem, seu Acta foundationis Murensis Monasterii tanquam ejusdem Genealogiæ fundamenta fidei suæ asferta solidisque rationibus & documentis sobrie & juste vindicata, opera P. FRIDOL. KOPP, Monachi Murensis. Typis ejusd. Monasterii per Jo. Casp. Hiltensperger. 1750. Forma quarta grandiore cum figuris æneis. Acta Murensia, *Librum Funda-*

Foundationis appellant, primum typis vulgata sunt An. 1618. sub titulo *Originum Murensis Monasterii &c.* quam editionem curavit Polyhistor Galliae celebris *Peireskius*: Hujus vero Codicis usum præcipuum in illustranda *Origine & Genealogia gloriosiss. Comitum de HABSBURG* deinceps dedita opera declaravit peculiari Libello *Dominicus Tschudius*, Abbas ejusdem Monasterii, publicato An. 1651. & denique An. 1702. recuso. Nuper autem summe Rever. P. *Marquardus Herrgott*, in opere sane illustri *Genealogiam Diplomaticam Augustæ Gentis Habsburgicæ* complexo *Actorum Murensium* fidem & auctoritatem peculiari *Disertatione de Ætate & Authentia Actorum Murensium* inscripta Tom. I. Prolegom. III. speciosis argumentis labefactare & infra Diplomatum fidem deprimere aggressus, asciam suis ipse cruribus impegisse videri possit. Adversus hunc *Vindicias* suas instruxit Rever. ac Doctiff. P. *KOPP*, eo maxime consilio, ut doceret, *Genealogiam a Dominico Tschudio & ab ipso P. Herrgotto ad fidem Actorum Murensium* conditam, ruinosis fundamentis substructam non esse, neque fidem Auctoris anonymi, qui hoc *Foundationis* Libro antiqua Monasterii Murensis jura persequitur, merito suspectam haberi. Has autem *Vindicias* doctiff. P. *KOPP* in III. Partes distinctas esse voluit: quarum I. diluit argumenta a P. *Herrgotto* contra ætatem & authentiam *Actorum Murensium* proposita, tantæque Acta hæc fidei integritatisque esse ostenditur, ut *Genealogia Habsburgica* recte ac tuto iis superstruatur; Pars II. demonstrat virtutem, immo necessitatem *Actorum Murensium*, & tantam quidem, ut desuper *Genealogia Habsburgica*, etiam *Diplomatica*, non tantum possit, sed etiam debeat fundari. Pars

U u 2 III.

III. exhibet ipsa *Acta Murensia* suæ fidei ad literam & sensum restituta, atque cum novissima P. *Herrgotti* editione, cujus quoque discrepantias & hallucinationes adnotantur, collata, atque aliis insuper animadversionibus illustrata. Argumenta vero Capitum primæ Partis sunt Cap. I. Quo pretio hætenus fuerint habita *Acta Murensia*. Cap. II. Quo sensu a *Blondello* fuerint in dubium vocata. Cap. III. De editione *Actorum M.* Cap. IV. De ætate Scriptoris. Cap. V. De ætate *Codicis Mur.* ex materia, qua constat. Cap. VI. De ætate *C. M.* ex figura litterarum. Cap. VII. Ex contextu. Cap. VIII. Defenditur Sententia *Peireskii* de ætate Anonymi Murensis. Cap. IX. Diluitur altera Objectio contra Sententiam *Peireskii*. Cap. X. Confirmatur *Peireskii* Sententia de duobus *Codicis Mur.* Scriptoribus. Cap. XI. De Schemate Genealogiæ Actis Mur. præfixo. Cap. XII. XIX. De prima usque ad octavam progeniem Habsburgicam. Cap. XX. Explanatur scribendi ratio in Actis Murensibus observata. Cap. XXI. De Genealogia Habsburgica a *Dominico Tschudio*, Abb. Mur. concinnata. Cap. XXII. De Documentis Murensibus a *Dominico* Abbate illustrandæ Genealogiæ suæ adhibitis. Cap. XXIII. Quid sentiendum de his documentis. Cap. XXIV. Vindicantur ab erroribus objectis *Acta Murensia*. Pars vero II. Capitibus decem ipsas Stemmatum Habsburgici propagines ita deducit ac illustrat, ut a GUNTRAMNO Divite recta linea descendat per *hujus Filium* KANZELINUM; per *b. Fil.* RADEBOTONEM; per *b. F.* WERNHARIUM; per *b. F.* OTTONEM; per *b. F.* WERNHARIUM; per *b. F.* ADELBERTUM; per *b. F.* RUDOLPHUM; per *b. F.* ALBERTUM; usque ad RUDOLPHUM I. Rom. Regem.